Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25968
Copyright: Admont, Benediktinerstift



et quanto profundior et obscurior tanto de ira quę ex utraq; parte exoritur fit altior. Vnde per hanc obscuritatem et tenebras uallis ignorantia potest figurari. quam imprudentia parit in homine. et per hoc qd bis ponit circumdabunt. hoc ut in uidetur designat qd duplex est ignorantia. Est enim una ignorantia nri. alia ignorantia dei. et quanto plus ex his ignorantiis imprudens homo efficitur. tanto minor dm factorem et redemptorem suum recognoscat. tanto minor se ipsum qualis sit pensare potest. et hęc duplex ignorantia parit ex se superbiam. quę, ut bene estimo in altitudine uallis potest designari. Si enim homo se ipsum in ueritate inuenire. si se ante faciem suam recte statuere. et ex sui cognitione tendere ad notitiam dei. omnibus se minorem et inferiorem reputare. raro se super ceteros extollendo superbire. s; semp humilia et abiecta de se sentire. Potest quoq; alio modo intelligi. qd bis ponit circumdabunt. qa dm sic ex duplici ignorantia dei et sui superbit mens. circumdant eum inimici. maligni uidelicet spes. intus superbia in corde. exteriorum circumdant eum superbię actibus in corpore. Sic prudentię superbia. quam parit imprudentia et ignorantia. aliud uicium scilicet mestitia opposita fortitudini. subsequitur: qd uerbis sequentibus notatur dm subdit. Et coangustabunt te undiq;. Et ni integre qd dr coangustabunt te. uicio mestitię aptari potest. qa sicut caritas perfecta cor dilatat et amplificat. ita ut ni solum ad amicos et proximos se extendat. uerum etiam de inimicis ni claudenda esse uiscera existimet. s; benefaciat his q se oderunt. sic mestitia quę et leuitas mentis cor angit et coangustat. ut minime socialem et fraternam caritatem tenere. et ex mestitia mentis nullum in bonis rebus statum possit habere. sicq; fit ut qaliqndo audito uerbo dei patienter in aduersis. fortiter se in patientia. constanter in humilitate esse deliberauit. tam modici et angusti cordis fiat. qd nec